



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 57. Lunensis Comitibus postulata a Legatis rejecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

Nihilominus Cardinalis Lotharingus hæc capita rata habuit, ad summum Pontificem rescribens, quod omnibus suis viribus progressum, ac Concilii continuationem promoveret, atque illius exitum ardentè desideraret.

§. LVII.

*Lunensis Comitis postulata a Legatis
rejeclta.*

Pallav. c. 3.
num. I.

Cum pro felici Concilii exitu Romæ cuncta agerentur, interea Principum Oratores plura immutari petebant, hasque mutationes exponebant, & quidem inter alias postulabant, ut ex singulis Nationibus certus Patrum numerus seligeretur, qui Canones concinnarent, & suffragia colligerent. Hanc innovationem, quam jam sæpius frustra petebat, rursus Lunensis Comes proposuit, qui tamen nunc quoque successu frustratus est, quippe eidem Præfides hæc in responsis dabant: „tuæ
„petitioni adversatur consuetudo non
„solum reliquarum omnium Synodo-
„rum, exceptis aliqua ex parte Constan-
„tienti, ac Basileensi, sed etiam repu-
„gnat ejusdem Tridentinæ sub Paulo III.
„ac Julio III. celebratæ mos, quapropter
„cum adeo urgeret Rex Catholicus, ut
„tres illæ convocationes declararentur
„tanquam una Synodus, & præsens
„sub

„sub Pio IV. tanquam præteritarum con-
 „tinuatio diceretur, postulandum non
 „est a te, ut prætermitteretur, ac ta-
 „cite damnaretur mos in ipsis adeo pru-
 „denter adhibitus: nam id si fieret, anfa
 „porrigeretur ad impugnandas omnes
 „constitutiones firmatas non solum illis
 „temporibus, sed etiam post postremam
 „convocationem, quasi modo non le-
 „gitimo sancitas, adeo, ut ad everten-
 „dam funditus Synodi auctoritatem ea
 „res tenderet. „

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

In hoc colloquio utrinque non nihil
 acrius disceptatum, ac præcipue Lu-
 nensis Comes vehementius excandesce-
 bat, quin tamen importunius ea a se
 postulata impetraret: unde unacum Le-
 gatis discedens Navagerum Cardinalem
 adiit, questus, quod suæ postulationis
 modica haberetur ratio, quinimo a non
 paucis accusaretur, quod Synodi exitum
 præpedire unice intentus foret.
 Navagerus ingenue fatebatur, quod de
 illo ejusmodi fama increbresceret, ad
 quam tamen ipsemet ansam dedisset,
 proin, ut hujus rumoris falsitatem con-
 trario opere confunderet, quantum in
 ipso esset, Synodi accelerationem totis
 viribus procuraret. Id equidem pro-
 miserat Comes, Navagerus autem ab
 omni adulationis studio alienus paucis
 respondit: „Spero, quod promissionis
 facili-

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

facilitati operis constantia non sit defutura.,, Postea ambo sermonem convertebant ad articulum, qui de Principibus Laicis pariter reformandis agebat: id vero sibi minus probari, significabat Comes, quamvis autem Navagerus ei persuadere niteretur, omnes emendationis articulos tam arcto nexu inter se conjunctos esse, ut aliqui acceptari nequeant, quin etiam ceteri recipiantur, nihilominus Comes hac etiam ratione nondum sibi satisfactum credebat.

§. LVIII.

Lunensis querelæ de gestis in nupera Sessione.

Pallav. n. 4. Insuper Lunensis de iis, quæ in nupera Sessione gesta fuere, querebatur, hæc exponens: „quamvis cunctæ nationes exoptassent, ut declararetur, unde procederet Episcoporum institutio, nihilominus hac in re nihil hucusque fuit decisum: imo ex adverso duæ nationes nimirum Itali, atque Hispani differentes, quibusnam præpolleret Romani Pontificis potestas, benignis auribus excipiebantur, dumtaxat Gallis hac in re repugnantibus. Ad id respondebat Navagerus: ex hoc ipso recenti facto confici potest, quantum in ipsis Præsidibus concordiaæ a-

„mor